



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Christophorus & Richardus Walpoli. n. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1595. placide animam efflavit tertio Martij Anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo: Trium votorum Professus anno eius saeculi nono.

*Cur pauca
de nostris
extensio
nanda.*

XXXIII. Quadraginta annorum difficilimis Elizabethæ Reginæ & Iacobi temporibus labores & pericula, magnam in hoc vno præclare factorum legetem narrationi nostre præbere haud dubie potuissent nisi pericula ipsa aditum narrationi præclusissent. Dum etenim nihil visquam tutum fuit ab immanni perquisitorum grege, non familia, non dominus, non in domo antrum abstrusissimum, non diei, non noctis hora; dum Sacerdoti in ædium aliquem angulum retruso vix spirare dabatur, dum Patres Matrelque familias ab ipsis domesticis nunquam sat se munitos credebant, in perpetuâ verò suspicione & quotidiano metu cunctis viuendum erat, verebatur merito unusquisque chartis illa committere quæ si in malevolorum forte manus inciderent, familiam vniuersam euerterent; viuentes igitur morientesque nostros in obscuro esse necesse fuit, & quæ agerent, quæque in domibus aut per itinera paterentur latere vniuersos, præter eum qui videt in abscondito, & vnicuique pro meritis præmium reddet. Pauca quæ commune euasere incendium, & in Belgium vel Romanam perforri potuerunt, & quæ per manus tradita oblitio subtracta sunt, præter ea quæ publicè in iudicio sancita, Historiam hanc ut non omnino nulla esset potius, quam ut pro dignitate illustrari possit effecerunt. Id quod in hoc vno aduertendum duxi ut beneulo Lectori plura & maiora in alijs etiam requirenti, pateat vnde orata penuria, & narrationem non ex factorum perpeccitorumque numero, sed ex causa metiatetur. Nunc ad Henrici Fratres reuertatur oratio.

*Christo-
phorus
VValpolus*

XXXXIV. Vnum memorauimus Regis Hispaniæ stipendijs militanter; Alterum, qui postquam captiuo fratri in Zelandia succurrerat, exemplo &hortatione fratris petijt Societatem. Is erat *Christophorus*, Academiæ Cantabrigiensis alumnus, nostri *Ioannis Gerardi* operâ Ecclesiæ conciliatus, & ad iter Hollandicum viatico adiutus; profectus Romanam in Anglicano aliquandiu studuit; Annum deinde ætatis cum ageret vigesimalium quartum in Societatem admisitus vigesimo septimo Septembbris anni nonagesimi secundi, & mislus in Hispanias non diu superfuit. Nam sexto supra millesimum sexcentesimum Vallisoleti obiit, spiritualium rerum Præfetus, quarum & sanctæ solitudinis fuerat perquam studiosus.

*Richardus
VValpolus*

Richardus, *Christophoro* ætate prouectior, Societatem anno vno posterior cum iniisset, euafit (teste Pitzaeo) egregius Theologus: Studijs Adolescentum in Anglorum Seminarijs Romano, Hispalensi, Vallisoletano plerumque præfuit, ac demum post *Iosephum Cresswellum* rexit missionem. *Edwar-*
dus quidam *Squire* Franciscum Drake celebrem in Oceano piratam secutus, prædas asturus in Indijs Regi Hispaniarum obnoxij captus est in mioparone cum alijs eiusdem farinæ prædatoribus & ductus Hispalim: Isthic dum liberè vagatur per urbem, liberiore lingua & gestu dixit gessitque quidpiam quod indignantes Hispani ad inquisidores retulerant. Hi tentum hominem initunt